ni ipaꝝ rerū. tñ ex honeſta cā illa tenent. ideo eis
debent reſtitui talia ablata vt dñis ipaꝝ rerū
⁊ ſic intelligit' illud. iii. q. i. Reintegranda ſunt
oīa ſpoliatis. ⁊ de reſti. ſpo. ꝑ totū. Si aūt res ab-
lata eſt ab eo qui iniuſte habuerat. puta per fur-
tum vel rapinā. reſtituenda eſt dño rei non illi
furoni. Quāuis aūt male faceret talis reſtituen-
do furoni a quo ipē acceperat ⁊ nō dño rei ipſius
quē nouit. tñ ſm Guil. liberatus eſt a reſtitutio-
nis obligatiōe qr repoſuit rē in priſtinū ſtatum.
Quidā tñ dicūt ꝙ illud qđ acqrit' ex vſura mē-
tali tñ non debet illi reſtitui qui dedit. qr id a ſe
volūtarie abdicauit. nec tñ ſibi dȝ retinere qr cō-
tra legē accepit. extra de vſuris. Cōſuluit. Sȝ de-
bet pauperibꝫ erogari. ar. ad hoc extra de homi. c.
Sicut dignū. de vſuris. Cū tu. Sed iſta iura in-
ducta videnť eſſe cōtra talē opinionē. Nā ibi di-
citur ꝙ debent ablata reſtitui eis quoꝝ fuerūt ſi
repiunť vel heredibꝫ eoꝝ. Nec aliqđ ius nec ali-
quis doctor ſolēnis facit iſtā diſtinctionē inter
vſurā mētalē ⁊ pactionalē. vt prima debeat reſti-
tui ei qui dedit. ſcđa nō. ſed paupibus erogari.
Sed ſicut indiſtīcte dicit Aug. de acceptis ꝑ fur-
tum vel rapinā ꝙ debēt reſtitui nō dari pauperi-
bus ſic inquiens. Qui cōtra ius ſocietatis hūa-
ne furtis. rapinis. inuaſionibꝫ. oppreſſionibus
aliqđ abſtulerūt reddēda potius ꝗȝ donāda cenſe-
mus exēplo. Zach. xiiii. q. v. Non ſane. Ita et in-
diſtincte dicit idē de vſuris. Nolite facere elemo-
ſynā de vſuris. q. e. qſi diceret. hec reddēda ſunt
nō paupibus danda. cū. ſ. inueniunť qui dede-
rūt ipſas vſuras. Et cū dicit' ꝙ qui dedit vſurā
volūtarie illud a ſe abdicauit. Rñdeo ꝙ ſi dedit
ex liberalitate ⁊ ꝑ modū doni veꝝ eſſet. ⁊ tūc reci-
piens hoc ſciens nō teneť reſtituere. nec etiā pau-
peribus dare. Sed ſi dedit rōe mutui principa-
liter nō illud abdicauit volūtarie ſupple ſꝫ cōdi-
tionate ne mutuans reputaret ſe grauatū ⁊ iſtū
ingratū. ⁊ ſic alia vice nō inueniret mutuū. ⁊ iō
ſibi dȝ reſtitui vſura. Si autē nil accepit vltra
ſortem ꝗȝuis hoc intēderet. in nullo teneť nec il-
li. nec paupibus. Ad hoc facit qđ dicit' in directo-
rio iuris. Ibi. n. dr ꝙ vſurarius mētalis inducē-
dus eſt in foro penitētiali vt reſtituat p. c. Cōſu-
luit. de vſu. Et ſubdit. ſ. ꝙ in foro eccl'ie vſura-
rius mētalis iudicādus eſt male agere. ⁊ ē indu-
cendus nō compellēdus. vt ſic accepta reſtituat.
nec tanqȝ vſurarius eſt puniēdus in foro iudici-
ali ſed q̄ ad deū reuera vſurari9 eſt. ⁊ teneť reſti-
tuere ſic accepta. ⁊ ſic intētio cū effectu facit vſu-
rariū. vt in dicto. c. Cōſuluit. ⁊ xiiii. q. c. Si fene-
raueris. hec notant Ber. Inno. Hoſti. ⁊ Goff.

## Pro huiuſmodi .§. III

aūt maiori declaratione Sciendū ꝙ in re q̄ debȝ
reſtitui tripliciter aliquis ſe pōt hr̄e. qr aut ē ve-
rus dñs. aut heres ei9. aut ſolū diſpenſator ē cir-
ca ipſam rem. In primo caſu. ſ. cū eſt verus dñs
rei ablate dȝ ſibi reſtitui ſi pōt. iii. q. i. reintegran-
da. ⁊ fere ꝑ totā queſtionē. Et hoc niſi iuſto bel-
lo vel iuſto edicto impiali vł eccleſiaſtico ille cui
res ablata eſt priuareť iure rehabēdi ſimpliciter
⁊ ad tempus. Nam cū cōtingeret hoc. puta qr tā-
ꝗȝ hereticus condēnatus eſt dñs rei. vł de crimi-
ne leſe maieſtatis conuictus in quibꝫ caſibꝫ oīa
confiſcantur poſt ſententiā ſup hoc non ſibi ſed
fiſco debent omnia ſua applicari. extra de hereti-
cis. Excōicamus. Inſup ſi dñs rei ablate nō ha-
bet adminiſtrationem bonorū ſuoꝝ vt pupillus
debet illud reddi tutori vel curatori. In ſcđo ve-
ro caſu. cum. ſ. eſt legitimus heres ſibi dñt ablata
reſtitui. ſed cū diſtinctiōe tali ſm Rai. qr ſi here-
des ſint plures vnicuiqȝ ſm ꝓportione ſue here-
ditarie ptis reſtituendū eſt. Si aūt heres in ali-
qua determinata parte ⁊ q̄ntitate cōſtitutus ſit
puta in centū vel etiā in domo ⁊ nō plus. tūc re-
ſtitutio non fiet heredi. ſed illi vel illis quibꝫ te-
ſtator cōmiſit diſpenſationē bonorū ſuorum. Si
vero defunctus in morte omīa bona ſua legauit
pauperibus ⁊ piis locis quibus illa legata ſunt
acquiritur ius in bonis defuncti pñtibꝫ ⁊ futu-
ris. vnde eis debet reſtitui. In tercio caſu cū. ſ.
eſt diſpenſator reꝝ vt epiſcopi ⁊ alii eccleſiaꝝ pre-
lati ⁊ gubernatores hoſpitaliū. diſtinguendum
quia cū dant aliqua aliis. aut dant de bonis ſu-
is propriis. i. patrimonialibus vel ꝑ induſtriam
acquiſitis. ſ. ſcripture. doctrine ⁊ hmōi. ſi de hu-
iuſmodi dando quibuſcūqȝ etiam malis. vt me-
retricibus ⁊ hiſtrionibus. ꝗȝuis grauiter peccēt
vt illud diſ. lxxxvi. c. Donare. tamen non teneť
ad reſtitutionē. nec illi qui huiuſmōi recipiunt
ab eis ſm Rai. ⁊ Guil. Aut dant de fructibꝫ ec-
cleſiarū ſuarum ⁊ locorū piorum ad mēſam eoꝝ

ſeu vſuꝫ ſpecialiter deputatis. ⁊ tūcetiam male
vtendo ⁊ dando male faciunt. non tñ tenentur
ad reſtitutionē ipſi nec illi qui recipiūt ab eis. ni
ſi recipent ꝑ extorſiones fraudes ⁊ violentias ⁊
tūc tenerent̄. ⁊ hoc ſm̄. b. Tho. ſe. ſe. q. lxij. ⁊ ſm̄
Guil. Aut dant de bonis eccleſie deputatis ad
cultū diuinū vl' capitulo diſtribuēdis. aut pau
peribꝰ erogādis ſpecialiter. vel etiam cū ſimplici
ter cōmittit̄ ſue diſpenſatiōi ſine diſtinctiōe ſibi
deputatoꝝ ad vitā ab alijs. Et tūc ſi dant cā ne-
ceſſitatis ſeu eſemoſyne bene faciūt. nec ipſi tenē
tur nec qui recipiūt ad reſtituendū. niſi darēt d'
his que ſunt diſtincte deputata clericis. qꝛ tunc
tenerent̄ eis de eo qđ abſtulerūt ab eis. qꝛ nō eſt
danda elemoſyna de alieno. xiiij. q. v. Nec. Si
dant pſonis honeſtis ꝓ patrocinio ⁊ labore quē
impendūt eccl'ijs. etiā laudabiliter faciūt. ⁊ hoc
ſm̄ quantitatē laboris ⁊ induſtrie. Eccleſiaſtici
em̄ vtilitatibꝰ deſeruientē eccl'iaſtica oꝑtet remu
neratione gaudere. xij. q. ij. c. q̄cunq̄. Nec ḡ pla
ti dantes nec recipientes ꝓ hm̄oi tenent̄ in aliq̄
reſtituere. Sed ſi dant rōe parētele cū tñ nō in
digeant. vel cā fauoris hūani erga pncipes. ni
ſi facerēt ad redimendā vexationē ſuā q̄ ad tyrā
nos vel ſiles. vel dant cā turpitudinis vt mere-
tricibus ⁊ hm̄oi. tenent̄ ad reſtituendū quod ſic
male dederūt. nō quidē de bonis eccl'e. ſ; de ſuis
patrimonialibꝰ ſi hn̄t vel ꝑ induſtriā acquiſitis.
Illi etiā qui ſic talia q̄ alijs debebant̄ male acci
piūt. debent reſtituere. niſi ipſe q̄ dedit ſatiſfeciſſ;
hec Tho. vbi ſup. Debent aūt dare vel ſucceſſo
ri eius q̄ dedit. vel in vtilitatē eccl'e cōuertere cū
licentia ſupioris. vl' paupibꝰ erogare ſi illa pau
peribus debebant̄. Qui aūt recipiūt a religioſis
ꝓpter iniuſtā cām vel ſine lnīa ſupioris debēt re
ſtituere ꝑlato ipſius monaſterij. vel cōuentui. vl'
alias in vtilitatē eccl'ie ⁊ monaſterij expendere.
precipue ſi ipſe ꝑlatꝰ fuit qui male dedit. In oī
aūt caſu ex ſupradictis dꝫ ita fieri ꝙ peccatū cuꝫ
eſt ocultū nō manifeſtet̄. ⁊ ita ꝙ nō ſequat̄ maiꝰ
ſcandalū. ar. di. xiij. Duo. Qui autē tenent̄ ali-
cui eccleſie. vel loco pio. debent id dare guberna-
tori ſeu rectori loci. niſi ille rector nō hr̄et iuſtuꝫ
titulū ſ; vſurpatū. vel ꝓbabiliter credatur male
vſurum. tunc em̄ poſſet in vtilitatem illius loci
conuerti vel ſucceſſori reſeruare.

Capitulū ſextum Cur fienda ſit reſtitutio.

**Q** Uantū ad ſextuꝫ
ſc; cur ſit fienda reſtitutio. Ad hoc. b
Tho. ſe. ſe. q. lxij. aſſignat rōem vide
licet. qꝛ reſtitutio eſt actus iuſticie. Ad iuſticiaꝫ
aūt hn̄dam ⁊ exercendam q̄lıbet tenet̄. Cōſiſtit
aūt iuſticia in quadā eq̄litate que tollit̄ ꝑ vſur-
pationem ⁊ detentionē rei aliene. ⁊ repari nō po
teſt niſi ꝑ iteratam dationē ſeu ꝑ aſſignationeꝫ
rei ei cuius erat ſi pōt. ⁊ iō tenet̄ reſtituere. Sed
nota ꝙ ſicut q̄libet qui eſt ſui iuris pōt donare rē
ſuam ita pōt etiā remittere ſibi rē debitā gratis
⁊ relaxare ſuo debitori. Que remiſſio ſiue dona
tio libere facta ſine fraude ⁊ coactione poſtq̄ fa-
cta eſt ex pn̄ia non reuocat̄ vt dicit Rai. ar. vij. q.
i. q̄ periculoſum. Sed ſciendū ꝙ illi qui ponūt
ſe in manibꝰ creditoꝝ. ꝑmittēdo ſeu offerēdo ſe
ad dandū qđ peterēt. rogantes tñ vt totū vl' par
tem dimittant. ſed nō intendūt reſtituere. imo
ſperant ꝙ ꝓ modico quietabunt̄. alias ſe nō po-
nerent in manibꝰ eoꝝ. a peccato quideꝫ rapine.
vſure ⁊ hm̄oi. vel alterius male vſurpatiōis nō
ſunt abſoluti. qꝛ peccatū ꝑ pn̄iam ⁊ cōfeſſionem
dimittit̄ quā illi verā non hn̄t. Sed vtꝝ ſint ab
ſoluti a debito vel obligatiōe reſtituendi diſtin
guendū eſt ſm̄ Egidiuꝫ ordi. here. in quolibeto.
qꝛ ſi creditor ꝓpria voluntate et liberalitate dimi-
ſit ⁊ donauit nō curans quicq̄d debitor intende
ret. nō tenet̄ ipſe debitor amplius reſtituere ſi hoc
ei dare cōſtat. Secꝰ aūt ſi creditor deceptus vl' co
actus vel deſperatus. i. qꝛ nunq̄ eſtimabat ſe ab
eo illud debitū poſſe hr̄e. vel nō poſſe hr̄e totū. et
ideo potius voluit hr̄e ꝑtem q̄ nihil. dubitans
ne nihil hr̄et ſi totū vellet. Talis. n. remiſſio nō
valet ⁊ adhuc obligat̄ ad reſtituendū. Sꝫ quia
hec materia multū vtilis eſt. ⁊ neceſſaria ſciri et
in frequenti practica. ideo ſerioſius et plenius
tractanda. ⁊ quid ſentiant doct. in hoc referen-
dum. Cum ḡ querit̄ vtrum vſurario vel cuicun
q̄ alteri qui habet aliena ſufficiat in foro conſci
entie remiſſio ſibi facta ab his a quibus extorſit
vſuras vel alia male ablata. vel heredibus eorū
ſi illi non viuūt. Reſpondet̄ diuerſimode a di-
uerſis vt patet in. §. ſe. Gerardus de Senis or
di. here. aſſerit ꝙ habens mala ablata niſi reddat
aut ſufficientem faciat cautionem nō poteſt libe
rari a ſua obligatione per alium modum cuꝫ po
teſt aliquo modo reſtituere. Nec enim pōt deob
ligari. Primo per viam remiſſionis. Scdo nec
per viam ſatiſfactionis. Tercio nec per viaꝫ libe-
rationis. Quarto nec per viam tranſlationis.
Quinto non per viam donationis. Sexto non
per viam renunciationis. Septimo non per vi
am conuenientie ⁊ diſcretionis. Inducit ad hec
has rationes que non videntur multum vrge-
re. ſed ſine multa difficultate ſolui poſſunt ꝑeos
qui tenent ꝙ abſq̄ actuali reſtitutiōe poteſt tol
li obligatio male ablatorum ab eo cui obligatur
per quemlibet horum modorum dummodo nil
fiat per fraudem vel metum l' ꝑ deſperationē ſci-
licet non rehabendi. ſed libere. ſponte. gratis et
ſcienter. Si enim fraudulenter. vel coacte fie-
ret talis deobligatio locum habet quod dicit. et
non aliter. Quod non poſſit tolli talis obliga
tio per viam remiſſionis niſi reſtituat ꝓbat ſic.

# Capitulū ſextum.

Nullus remiſſionis eſt capax. niſi a peccato pri⁹
deſiſtat. ſed hñs rē male ablatā q̄diu remanet
obligatus ad reddendū non dicit̄ deſiſtere a pec
cato. ḡ nō eſt capax remiſſionis. ꝛ ꝑ ꝯñs obliga/
tio talis tolli nō pōt ꝑ viā remiſſionis. Ad qḋ fa
cit reg̃la Peccatū. de re. iur̄. li. vi. Reſtitutio. n.
ꝑ quā obligatio tollit̄ eſt preuia remiſſiōi. vñ nō
videt̄ remiſſio fieri niſi ꝑ reſtōem pri⁹ tollat̄ ob
ligatio. Sed ad hoc rñdet̄. Maioꝛ dupliciter in
telligi pōt. Uno mō vt intelligat̄ de remiſſiōe de
biti rei ablate. ꝛ ſic vid̄r falſa. Nam pōt alicui re
mitti debitū ſi vult creditoꝛ libere ꝛ ſponte q̄uis
ille debitoꝛ nō intendat dare. ꝛ nō ſibi amplius
obligabit̄ ſm̄ Egidiū. Scḋo mō vt intelligat̄
de remiſſione peccati. ꝛ tūc eſt vera. ſ; minoꝛ falſa.
Nam hñs male oblata ſi nō pōt reſtituere vllo
mō remanet obligat⁹ ad reſtituendū cū poterit.
vt extra de ſolu. c. Odoardus. Et tñ deſiſtit a pec
cato ſi penitet ꝛ ꝓponit reſtituere in futurū. Sʒ
ꝛ ſi pōt reſtituere ſed male. ꝛ hoc intendit facere
ſi creditoꝛ nō remittat. talis etiā remanet obliga
tus ad reſtituendū. ꝛ tñ deſiſtit a peccato penitē
do. Et qḋ ſubdit ex reg̃la Aug. Peccatū de re. iu
ris li. vi. q2 reſtitutio eſt ꝑuia remiſſioni. ver̄ eſt
nō ſolū de reſtitutiōe actuali ſed etiā mentali ꝛ
in ꝓpoſito ꝛ inequalenti. Q2 aūt nō tollat̄ ꝑ viā
ſatiſfactiōis ꝓbat ſic. Satiſfacere eſt pctōꝝ cāſ ex
cidere. ꝛ eoꝝ ſuggeſtionib⁹ aditū nō indulgere.
de pe. di. iij. c. ſatiſfactio. Cū ḡ ablatio ꝛ detentio
rei aliene ſit cā peccati niſi ipa cā peccati excidat̄
qḋ fit ꝑ oppoſitū ſuū. ſ. reſtitutionē. ḡ niſi reſti/
tuatur nō vid̄r poſſe ſatiſfacere q̄ntūcūq; accipi/
et creditoꝛ. Inſup cū ꝑ ſatiſfactionē nō ſolū re
paretur amicicia. ſ; etiā eq̄litas iuſticie q̄ ablata
erat ꝑ vſurpationē ꝛ detentionē. ꝛ alienationē
alienoꝝ. niſi tollat̄ cā iniuſticie. ꝛ ineq̄litatis q̄
fit ꝑ reſtōem ſubtractoꝝ. dū creditori reddit̄ qḋ
minus hēbat q̄ debebat ab eo vſurpatiōe q̄ pl⁹
habebat q̄ debebat nō repabit̄ iuſticie eq̄litas.
ꝛ ſic nō fiet ſatiſfactio niſi reddat ablata. Satiſ/
factio. n. fieri debet ꝑ ipm̄ debitorē qui violauit
iuſticiā vſurpando aliena. nō ꝑ creditorem. Ad
hoc pōt rñderi ꝙ vtiq; peccati cā excidi non pōt
niſi ꝑ reſtōem. ſed reſtitutio fieri pōt non ſolum
actu ſed etiā mente ꝛ ꝓpoſito. alias q̄ non pōt re
ſtituere cū nil habeat ſeq̄ret̄ ꝙ nō poſſet ſatiſface
re ꝑ peccatis qḋ eſt falſū. Silr̄ etiam equalitas
iuſticie repari pōt. non ſolū ꝑ actualē reſtōem ſ;
etiā ꝑ aliū modū ꝑ quē ſibi creditoꝛ vel iniuriā
paſſus reputat ſibi ſatiſfactū. Fit q̄ʒ in hm̄ōi re/
miſſione ſatiſfactio ꝑ debitorē qui violauit iuſti
tiam dū hʒ animū paratū ꝛ ſe offert ad reſtituē/
dum ſi nō remittit. Tercio ꝓbat ꝙ nō tollat̄ per
viā liberationis ſic. Chriſo. dicit extra de re. iur̄.
Omnis res ꝑ quaſcūq; cāſ naſcit̄ per eaſdē diſ
ſoluitur. ſed obligatio talis iniuſti detētoris na/
ſcitur ꝑ eius ſolā deprauatā intentionē ꝛ volun
tatem. ſ. rapiendo vel retinēdo alienā rē. ḡ diſſol
ui nō poterit niſi ꝑ voluntatē ſed rectificatā. ſ. in
reſtituendo ablata. Et ſic vid̄r ꝙ nō ſufficiat vo
lūtas ei⁹ cui fieri dʒ reſtitutio ad tollendā obli/
gationē. cū nō fuerit cā ipiꝰ. Ad qḋ rñderi pōt
ꝙ volūtas deprauata vſurpatoris rectificari pōt
non ſolū ꝑ actualē reſtitutionē. ſ; ꝑ intentionē
volūtariā reſtituēdi ſi ille ſponte noluerit remit
tere. Et ſic nō ſolū volūtas creditoris. ſ; ꝛ debito
ris volūtas q̄ cā fuit obligatōis cōcurrit ad libe/
randū obligatorē dum ſe offert ad ſatiſfaciendū
creditori ad placitū. Quantū ad q̄rtū. ſ. ꝑ viam
tranſlatiōis ꝛ acq̄ſitionis dominij ꝓbat ꝙ non
poſſit tolli obligatio ſic ꝑſuppoſito ꝙ in vſura n̄
transferat̄ dominiū ſm̄ q̄ſdam. tūc aſſumit̄ talis
regula. Nullus pōt in re detinēda iuſtus titul⁹
aduenire niſi prius iniuſtus titulus auferatur
Nā iniuſtus titul⁹ auferri non pōt abſq; hoc ꝙ
iuſtus titulus acquirat̄. ꝛ econuerſo. Et idcirco
erit alia actio ꝑ quā iniuſt⁹ titul⁹ tollit̄ ꝛ ꝑ quā
iuſt⁹ titulus acq̄rit̄. nulli ḡ aduenire poterit iu/
ſtus titulus ꝑ aliā actionē. Sed illi qui acq̄rit
dominiū in re detinēda aduenit iuſt⁹ titulus ꝑ
dominij acquiſitionē. ḡ ſi prius habuit iniuſtū
titulū ꝑ rei aliene vſurpatōē ꝛ detentionē opoꝛ
tet ꝙ dict⁹ titulus iniuſtus auferat̄ ꝑ eiuſdē rei
reſtitutōem an̄ dominij acq̄ſitionē. ꝛ ſic nō ē ca/
pax dominij an̄ reſtōem. Et multo forti⁹ in furtis
ꝛ rapinis in quib⁹ ſm̄ oēs nō transfert̄ dominiū
Sʒ ad hoc rñdet̄ ꝙ vt dictū eſt reſtitutio ꝑ q̄m
aufert̄ iniuſt⁹ titulus in foro ꝯſcīe fieri pōt non
ſolū manualiter ſ; etiā mētaliter dū. ſ. eſt parat⁹
realiter reddere ſi nō vult dimittere. ꝛ ſic ablato
iniuſto titulo ꝑ ſpōtaneā ꝛ liberā remiſſionē cre
ditoris acq̄rit dominiū. Quīto ꝙ nō poſſit tolli
ꝑ viā donatiōis ꝓbat ſic ꝑ has ꝓpoſitiones. Ille
cui reſtitutio fieri dʒ donare non pōt priuſq; ſit
reſtitut⁹. ꝛ ipſe iniuſte detinēs aliena an̄q; reſti/
tuat ablata certificari non pōt de tali donatione
vtrū ſit vera donatio. prima ſic ꝓbat. Donatio
niſi ſit libera non ē donatio vera vt. ff. de adimē.
le. l. rē legatā. Iſte autē qui taliter donat. ſ. an̄q;
ſit reſtitutus nō libere donat. q2 non libere illud
habet cū nō actualiter illud hēat. Et ſi dicat̄ ꝙ re
ſtituendus libere pōt hēre ꝛ per ꝯñs ꝛ donare li/
bere pōt. q2 detentoꝛ bonoꝝ ſuoꝝ paratus eſt red
dere. talis inſtantia nihil valet. q2 reſtituendus
certificari nō poteſt ꝙ talis habens ſua male ab/
lata ſit paratus ad ea reſtituēdū. niſi ea ſtatim
cum poteſt reddat. vel pro eis reddendis ſufficiē
tem faciat cautionem. quod pertinet ad ſcḋam
propoſitionem. Nam ꝛ ſi videantur aliqua ſi/
gna quibus paratum ſe oſtendat ad ſatiſfacien/
dum non probantur eſſe ſufficientia cū illis vti
poſſit ita qui non habet intentionē reſtituendi

ſicut ille qui habẽt. Et talis alienoꝝ detentor in
iuſtus cui donatio fit an̄ reſtõem. nõ põt eam ve
rã donationẽ acceptare cũ bona cõſcĩa. Ad qđ
rñdet ꝙ nõ ſolũ donari pñt res habite. ſed iura ⁊
actiões ⁊ q̃ ſperant̃ hñi. nec ꝓpterea põt dici non
eſſe donatio libera. q2 res nõ actu hẽtur. Et cũ ne
gocium agat̃ ⁊ diſcutiat̃ ſm̃ forũ conſcĩe vbi cre
dendũ eſt cuilibet ꝓ ſe ⁊ etiã cõtra ſe. ⁊ nemo ſit
arbitrãd⁹ im̃memor ſue ſalutis. vt dicit̃. i. q. vij.
Sancimus eꝗ̃ debitor offert ſe paratũ ad reſti
tuendũ ſi vult. rogat tñ vt donet nõ coactus. nõ
deceptus ſ ſpontane⁹ põt ſibi ꝑſuadere ⁊ crede
re libere donaſſe. ꝓcipue cũ nõ egeat multũ. Nec
preſumit̃ q̃s de facili iactare ſua ⁊ donare. Sex
to ꝙ nõ poſſit tolli ꝑ viã renũciatiõis probat ſic.
Ubi renũciatio nõ hꝫ locũ obligatio tolli nõ po
teſt ꝑ viã renũciatiõis. ſ anteq̃ fiat male ablato
rũ reſtitutio nõ põt ille cui fieri dꝫ reſtitutio re
nunciare. ḡ nõ põt tolli obligatio detinẽtis iniu
ſte aliena ꝑ viã renũciatiõis. Maior ẽ nota. Mi
nor ꝓbat̃. Nã renũciatio illa q̃ fit a ſpoliato ante
q̃ reſtituat̃ ipſa decernit̃ nulla eſſe ſicut. iij. q. i.
Epis. ⁊ extra de reſti ſpo. c. Solicite. ⁊ hoc iõ q2
nõ preſumit̃ libere fieri. q2 non eſt veriſimile ꝙ
ſponte iuri ſuo renũciauerit q̃ renũciat ſpoliat⁹.
ſic in ꝓpoſito videt̃ dicendũ ꝙ renũcians credi
tor nõ reſtitut⁹ nõ videt̃ ſponte renũciare. ſ vt co
actus ⁊ hm̃õi. Ad qđ rñdet̃ ꝙ ea q̃ continent̃ in
dictis. c. hñt locũ in foro cõtentioſo vbi ꝓcedit ꝑ
preſumptiõem. Sed in foro conſcĩe etiã ſpoliat⁹
põt renũciare iuri ſuo. vt i ꝓpoſito. Preterea eo
i ꝑo ꝙ offert ſe ei ad reſtõem ſi vult iã reueſtit et
reſtituit eũ iuri ſuo. Septĩo ꝙ nõ poſſit tolli per
viã conueniẽtie aut diſcretõis ꝓbat ſic. Suppo
ſito dicto regl'e peccatũ li. vi. Obligatio illa q̃ in
iuſtus detẽtor alienoꝝ eſt obligat⁹ ad reſtituen
dũ. neceſſarie eſt ꝙ tollat̃ ꝑ viã reſtõis. vel aliã
viã equipollentẽ. Et q̃rendo q̃ ſit via eq̃pollens
reſtitutioni ſi dicat̃ ꝙ ſit via remiſſiõis vel dona
tionis ſequit̃ inter alia iſtud incõueniens ꝙ po
teſt dici reſtitutio. ⁊ tñ in poſſeſſiõe minime poſit⁹
qđ pꝫ eſſe falſum ꝑ id qđ hẽtur. ff. de ver. ſig. l.
plus eſt. Dicit̃. n. ibi ꝙ reſtituere eſt nõ ſolũ pre
ſentiã rei ꝓbere ſ etiã poſſeſſorẽ facere. fructuſq̃
reddere quapropter nullus põt dici reſtitut⁹ ni
ſi in poſſeſſione fuerit cõſtitutus. Si ḡ remiſſio
que fit an̄ reſtõem eq̃polleat reſtitutiõi ipſi. ſeque
tur hoc incõueniens ꝙ etiã nõ poſitus in poſſeſ
ſione dicet̃ reſtitutus. Sed ad hoc rñdet̃ ꝙ in fo
ro conſcĩe ⁊ ab Aug. nõ ſumit̃ ita ſtricte reſtitu
tio ſicut in foro cõtentioſo ſm̃ iura. Nã quõcun
q̃ impleat̃ volũtas creditoris a debitore dr̃ reſti
tutio facta. Et cũ q̃s cedit bonis etiam anteq̃ po
nat eos in poſſeſſionẽ reſtituit quoad conſcĩam
Quõ ḡ dicit ꝓfatus Gerardus. ſ. ꝙ nõ ſufficit re
miſſio nec põt liberari niſi reſtituat ſi põt videt̃

habere locũ qñ remiſſio fieret nõ libere ⁊ ſincere
ſed remittens induceret̃ ad hoc vi. fraude l' timo
re ſeu deſperatiõe. ſ. nil inde conſequẽdi. Hanc
eandẽ queſtionẽ formãs Lau. de ridol. in tracta
tu de vſuris. pri⁹ recitat opionẽ doc. dicit Glo.
ſcđa in regula peccatũ tenet ꝙ ſic. Sed Di. ibi
dem cõtra. ſ. ꝙ nõ ſufficit niſi pecunia ſit parata
reſtitutioni. Quorũdam vero theologorũ opio
fuit ꝙ etiã nõ ſufficit ꝙ res ſit parata reſtitutiõi
ſed oꝑtet ꝙ offerat̃. Io. an. ibidem ſuper glo. de
mum aſſumit viã mediã dicens ꝙ aut gerit in
mente vſurarius reſtituere. ⁊ tũc remiſſio ſuffi
cit aut nõ. ⁊ tũc ſecus. Sed Fede. de ſenis in ope
ſuo firmat indiſtincte opinionẽ glo. ſupradicte
ſic dicens. Si is cui reſtitui debent pecunie l' ma
le ablata. nõ coactus vel decept⁹. nõ circũuentus
⁊ omni dolo vi ⁊ calliditate ⁊ metu ceſſantibus
etiã precibꝫ vel ſeruicioꝝ exhibitiõe inductus pe
cuniam ſibi debitã nõ oblatam nec reſtitutõi pa
ratam vſurario dimittat. liberat⁹ eſt vſurarius a
reſtitutiõe non tñ a peccato qđ cõtraxit exercẽdo
vſuras niſi ⁊ de illo peccato pniãz agat. Poteſt
etiam dici ꝙ pl⁹ eſt ꝙ ſi vſurario ꝑſeuerãte i cri
mine ⁊ non diſpoſito ad aliquã reſtitutionẽ. is
qui debet recipe vſuras remittat illas ꝓprio mo
tu vel ad petitionẽ vſurarij. liberatus eſt vſurari
us a reſtitutione rei. ⁊ ſi non a peccato. q2 de hoc
oportet ſatiſfacere deo per penitentiam. hec ille
Hanc opioẽ firmare videt̃ Hoſti. in ſumma. ⁊
Archi. de vſur. in. c. q̃q̃. li. vi. ſup verbo ſatiſfa
ctum dicẽs. Satiſfactũ accipim⁹ quõcunq̃ vo
lũtati creditoris ſatiſfiat. Idẽ Lap⁹ de caſti. Io
Gof. ⁊ Guil. Demũ inde Lau. ſic cõcludit. Ut
tollat̃ oĩno oĩs dubitatio an ſit l' nõ ſit liber ani
mus remittẽtis. ⁊ ꝑ ꝯñs clara conſcĩa vſurarij.
⁊ vt facilius inducant̃ hoĩes ad contritionẽ ⁊ de
cetero a talibꝫ abſtineant. cautũ eſt predicare ꝙ
non ſufficit remiſſio facta q̃uis ſe diſponat ad
ſatiſfaciendũ ſi non remitteret creditor ⁊ caut⁹
ꝙ oportet ꝙ pecunia ſit reſtitutiõi parata. ⁊ cau
tiſſime ꝙ offerat̃ pecunia. vel qđ plus eſt ꝙ pona
tur in manibꝫ creditoris. Sed de iure etiã in fo
ro conſcientie puto illam glo. cuius opinionem
ſequit̃ Fede. vt dictũ eſt eſſe veriſſimã. ⁊ ad hoc
inducit ipſe Fede. plures rationes. Et prima eſt
talis. In maioribꝫ criminibus. ſicut eſt i crimi
ne furti vel rapine vel violentie. re furtiua vel ra
pta remanente apud furẽ ⁊ raptorẽ. de volunta
te dñi purgat̃ vitiũ furti vel rapine ſine aliq̃ re
ſtitutione. vt. ff. de preca. l. certe. ergo purgat̃ viti
um vſure remanente vſura apud vſurariũ de vo
luntate dñi. ⁊ ꝙ illa ſint maiora crimina. pꝫ ex
maioritate pene ſiue agat̃ ciuiliter ſiue criminali
ter. Grauius aũt peccatũ eſt qđ grauius punit̃.
vt. xxiij. q. i. Nõ afferam⁹. Scđa rõ eſt. q2 in cri
mine vſuraꝝ ⁊ in aliijs maioribꝫ ſufficit cõdignã

# Capitulum Sextum.

facere ſatiſfactiōē3 extra de rap.c.i.vt q̄s ſit libera
tus peccato.extra de vſu.quāto. Sed ſatiſfactū
intelligit̄ quodcūq3 deſideriū creditoris implea
tur etiā ſi nō ſoluat̄.vt.ff.q̄ ſatiſda.co.l.i. Tercia
rō eſt q̄ videt̄ ſ̄m eū inſobulis eē. Sūt q̄dā ſpe/
ciales caſus in q̄bꝰ obligatis ad reſtitutiōē3 non
ſuffic̄ remiſſio.vt de cenſi.exigit.li.vi.⁊ ibi ꝺ̄ hoc
ḡ in alijs caſibꝰ ſtabit regula.ſ.ꝙ ſufficit remiſ/
ſio. Idē tenet Pe.ꝺ̄ palu.in q̄rto diſ.xv.q̄ dic̄
ꝙ obligatꝰ reſtitutōi excuſat̄ ꝑ remiſſiōē3 credito
ris.q2 ꝑ acceptatiōē3 tollit̄. Et hoc niſi ſit talis ꝑ
ſona q̄ nō habeat adminiſtrationē. vel q̄ nō pōt
dare nec ꝑ cōſequēs r̄mittere.q2 r̄mittere ē dona
re. Itēq̄ñ in iure ē cautū ꝙ remiſſio n̄ valeat.tūc
nō excuſat. ſicut in iudice delegato q̄ munera et
expēſas recipiēſ vel extorquēs tenet̄ reddere nl'la
parrū remiſſiōe ſibi ꝓfutura. extra de reſcrip.c.
Statū li.vi. Et de viſitante iure ordinario reci/
piente munus ad cuius duplū reſtituēdū tenet̄
de cenſi.c.exigit.li.vi.hec. Pe.ꝙ ſi q̄s obijceret re
gulā. Nō dimittit̄ peccatū niſi reſtituat̄ ablatu3
qꝺ̄ ē ꝟbum Aug. Et reſtituere ē rē in p̄ſtinū ſta
tum reponere.vñ nō videt̄ ſufficere remiſſio. Ad
hoc r̄ñdet p̄dictus Pe.⁊ Lau.poſt fede.ꝺ̄ ſenis
ꝙ Aug.in p̄dicta regula nō habuit reſpectū ad
ſtrictā ſignificatōē3 ꝟbi.ſ3 ad mentē eiuſ q̄ ꝟbis
p̄ferēda ē extra de ꝟbꝰ ſig.c.intelligēcia.⁊.c.p̄re/
rea. Nō itelligēdū fuit ꝙ ſi offendiſti ꝓximū tuū
rapiendo.furādo.vſuras extorquēdo.recōcilies
te cum ipo.⁊ cōiter q2 hoīes nō iactāt pecunias
ſuas.ſ3 volunt ſibi reſtitui res ablatas. ꝓpterea
Aug.ſe retulit ad ꝟbū reſtōis. Et ꝙ ſic intellexit
oñdit multipliciṫ.hec ille. ꝙ aūt dicit Lau.ſup̄
eē p̄dicādū nō ſufficere remiſſionē niſi fiāt ea q̄
dicūt diuerſi.nō videt̄ tutū vl' cautū. Nā ex tali
p̄dicatōe pōt ſequi ita ꝑiculū aīa⁊ ſicut cautela.
Sicut.n.p̄dicator dꝫ ſibi cauere a p̄dicādo ea q̄
bñt hoīes inducere ad malū.⁊ alleuiādo mala:
Ita debet ſibi cauere a p̄dicādo ſcrupuloſa ⁊ ar
dua q̄ñ cōis opinio ē in ꝯ̄riū.hoc enī eēt inicere
laqueū animabꝰ.qꝺ̄ fieri nō dꝫ.xxvij.q.i. Vidu
as. Audiēdo.n.talia ⁊ nō ſeruādo cū exaudītis
formet ſibi cōſciam hoc ſibi neceſſario fiendū. q̄
habuit huiuſmōi remiſſionē ⁊ ex difficultate no
lit ſe ponere ad faciendū.erit in malo ſtatu rōne
conſcie ſibi facte ſuꝑ eo in quo bñ poterat trāſi/
re cū bona conſcīa. Preterea ſi p̄dicator in predi
catōe hoc dicat.ſ.nō ſufficere remiſſionē niſi ⁊c.
⁊ poſtea in audientia cōfeſſiōis faciat cōtrariū ⁊
dicat illi ſufficere.nō enī ex hoc pōt ſequi magnū
ſcandalū cōtra doctrinā p̄dicationis. Ex hoc eni3
poterūt hoīes credere ſic eē de multis alijs que
predicatores dicūt.ſ.ꝙ nō ſunt ſimpliciṫ vera ſ3
ad terrorem dicta.⁊ ſic ꝑiclitabit doctrina fidei.
Nō video etiā ꝙ cū bona ꝯ̄ſcīa abſq3 ſui magno
peccato poſſit hoc dicere in p̄dicatōe ſi ſentiat cō/
trariū.q2 cōiter hoc tenēt doc. Sꝫ ⁊ ſi teneret ali/
quā aliaꝝ opinionū cū ille ſint ſcrupuloſe ñ debꝫ
velle oēs inducere ad ſcrupulos ſuos. Neq3 ḡ ꝑ/
dicādo dicat ꝙ ſufficit remiſſio ne iducat occaſio
nē mali.⁊ aperiat̄ via vſu⁊.neq3 dicat ꝙ n̄ ſuffic̄
ne dicat mēdaciū.vl' ſcrupulos ⁊ laqueos iniciat
auditoribꝰ.ſed dicat qꝺ̄ dicit Augu.ꝙ oportet ꝙ
reſtituat ſi pōt.xiiij.q.vi.c.ſi res ⁊ in reſtitutiōe
includit̄ remiſſio. Sed quid poſt remiſſionē libe
re factā ⁊ vere vſurario ipe vſurarius mandat in
teſtamēto ſuo reddi vſuras.nunq̄d qꝺ̄ ſemel re/
miſſu3 eſt debet reſtitui his quibꝰ tenebat prius.
Dicēdū ſ̄m Fede.vbi ſup̄ ꝙ in hoc diſtiguēdū
eſt.q2 aut talis teſtator locutus ē ꝑ ꝟba trāſfe/
rentia ſe ad factū vtpura q2 iubet vſuras reſtitui
his quibꝰ debebat ea reſtituere.⁊ qui ꝓbarēt eas
ſoluiſſe.⁊ tūc nō obſtante remiſſione tenebit̄ ſa/
tiſfacere heres.⁊ hoc caſu loquit̄.c.ad noſtra3.de
iureiurā. Aut loquitur ꝑ ꝟba trāſferentia ſe ad
ius nō ad factū.vtpura q2 iubet ea reſtitui quibꝰ
dꝫ.⁊ tūc ſecꝰ dicēdū ē.hec ille. Itē ſciendū ꝙ cū
alicui ſit remiſſio libere ⁊ ſine fraude.nō tenet̄ ta
lis illꝺ̄ qꝺ̄ ſibi remiſſum ē pauperibꝰ dare.ſibi
enī acq̄rit̄ illud ius ſeu debitū nō pauperibꝰ.ſic̄
nec q̄s tenet̄ pauꝑibꝰ dare qꝺ̄ ſibi donatū ē. Ho
ſti.i ſumma ti.de vſur.dic̄ ꝙ ſi fenerator p̄tē pe/
cunie fenebris reſtituat ei a quo habuerat vel he
redi ſuo.⁊ de volūtate eius p̄tē reſtituat.dicunt
theologi indiſtincte ꝙ nō ē liberatꝰ niſi totū of/
ferat. Tu dicas ꝙ ſi ex pacto ſit ē liberatus.extra
de ſimo.c.veniēs. Si aūt vſurariꝰ p̄tē liberaliṫ
⁊ ſine pacto ſoluat ⁊ offerat.⁊ ꝺ̄ altera p̄te miſeri
cordiā petat.⁊ creditor liberaliṫ dimittat libera/
tus ē debitor.nec vlterius ad reſtitutionē tenet̄.
ſic̄ nec tenet̄ ſi gratis accepiſſet gratiſ oblatū.ſ̄m
Goff.tñ bonus iudex hic ex certis cōiecturis mo
dū ſui animi īformabit. Nā ſi creditor eſt pauꝑ
⁊ inops ⁊ vſurarius ē diues ⁊ potēs.nō p̄ſumo
ꝙ creditor ipm vſurariū ſpōte ex corde liberet.ſ3
hoc faciat q2 vltra recuꝑare nō pōt.⁊ vt illꝺ̄ tan
tillū qꝺ̄ offert recuꝑet ⁊ n̄ amitteret. Si ꝟo cre/
ditor ſit diues ⁊ potens q̄ etia3 cōſueuit nimis et
ioculatoribꝰ tandūdē de ſuo donare vel plus fre/
quēter p̄ſumi pōt ꝙ ex corde hoc faciat.hoc ille.
Itē nota ſ̄m q̄ſdā ꝙ quinq3 ſunt mōi ſatiſfacēdi
Primus modus ē cū pecunia libere offert̄. Se/
cūdus modus ē cū pecuniā n̄ hꝫ ⁊ offert pigno/
ra. Tercius ē cū nec pecuniā hꝫ nec pignora con
gruēcia.facit tñ inſtrumētū vt heres cōpellatur
ad reſtitutōē3.⁊ etiā ipemet. Quartus modus ē
cū mediāte ſacerdote vel aliquo religioſo fit vo/
lūtaria ⁊ libera cōcordia.iſte tñ modus ſemꝑ dꝫ
oſtendere creditori velle ⁊ poſſe liberū debitoris.
Quītus modus ē cū cōſenſu ⁊ miſericordia cre
ditoris ponit debitor aliquā poſſeſſionē in manꝰ
alicuius honeſti viri ex cuius fructibꝰ ſoluantur

per tp̄s debita. deinde poſſeſſio ad heredes trā-
ſibit ⁊ reuertat̄ vl̓ ita dꝫ ꝑmanere ꝓ incertis hec
ibi. Itē Archi. in roſario. xiiij. q. v. nō ſane. dicit
ꝙ Hoſti. dicebat ꝙ in his inq̇bꝰ ē peccatū mor-
tale ſcḋm legē diuinā. vt in furtu vel in rapina di-
ſpēſare non pōt ep̄us. imo nec etiā papa vt aliq̄
dicūt quo minꝰ pn̄iam agat ⁊ reſtitutio fiat ſi po
teſt extra de vſur. Cū tu. In his vero ī q̇bus eſt
peccatū mortale ſcḋm iuſ poſitiuū, ⁊ cū ep̄is ſeu in
ferioribꝰ pape interdicta eſt diſpēſatio. nullꝰ di-
ſpenſare vel dilatōnē p̄ſtare pōt, niſi ſolus papa
iij. q. j. Reintegrāda. vel hi q̇bus ſpālitær ɔmiſit
Si vero nō ē interdicta. poterit hec ibi. Sed ꝙ
dicit̄ papā nō poſſe diſpēſare in his reſtōnibus
vbi ē peccatū mortale ꝑpetratū in vſurpatiōe cō-
tra legē diuinā facta. vt in furto· rapina. vſura. ⁊
huiuſmōi, quo minꝰ reſtitutio fiat ſi pōt· videt̄
intelligēdū quo ad reſtōnē certoꝝ, cū. ſ. ſciunt̄ ꝑ
ſone, vel quo ad incerta cū diſpenſaret abſqꝫ cā
rōnabili. vel ſaltē dubia, ꝓ libitu volūtatis. Nō
enī pōt tollere q̄ ſunt ꝓpria hoīm ⁊ dare alijs ſi-
ne cā, ſed cū cā rōnabili pōt puta ꝑ modū pene.
vt cū aufferret imperiū vl̓ regnū alicui, ꝓpter de-
merita ſua q2 eēt inimicꝰ eccl̄ie vel hereticus vel
ſciſmaticus, nec ſe vellet corrigere, vel cū faceret
mouere bellū ɔtra aliquē dn̄m vel ciuitatē ꝑſe-
quentē eccleſiā. vel fauentē hereticis, vl̓ detinērē
bona eccleſie. ⁊ traderet alijs dignitatē iura ⁊ bo
na illoꝝ. ſicut factū eſt pluries. Nec papa pōt cū
bona ɔſcīa q̄ pauperibus debent̄ diſpēſare ⁊ da-
re diuitibus ſine rōnabili cā, ſꝫ cū cā rōnabili po
teſt talibus obligatis remittere ſeu vt pauperibꝰ
dare ea q̄ acquiſierūt ꝑ furta. rapinas. ⁊ vſuras.
cū ſunt certa ſup̄ oēs alios cū ſit ſup̄mus ⁊ vni-
uerſalis pr̄ pauperū magiſ q̄ꝫ ep̄i q̄ in huiuſmōi
diſpenſare ſolēt. vt. lxxxviij. diſ. c. Ep̄us. Quia
etiā habet plenitudinē p̄tātis in diſpēſatione bo
noꝝ eccl̄iaſticoꝝ, ⁊ plenā iuriſdictōeꝫ in terris ec-
cleſie, forte d̓ huiuſmōi bonis. ſ. eccleſiaꝝ ⁊ eoꝝ q̄
habitant in terris eccleſie poſſet remittere debi-
ta ex furto ⁊ rapina et vſura etiā cū ſciunt̄ ꝑſone
ſine eoꝝ ɔſenſu ex aliqua cā rōnabili. Nā quot
tidie hoc fit vt iura vniuſ eccleſie ⁊ fructꝰ auferat
⁊ det alteri q̄ꝫ curato illius eccleſie cuꝫ cauſa tn̄
vt credit̄ rōnabili. Et ſic multo magiſ pōt in huiꝰ
mōi dare dilatōeꝫ. q2 plus ē dimittere debitū q̄ꝫ
dilationē dare ad ſoluendū. Querit̄ etiā vtrum
ſup̄ incertis cuꝫ ep̄o q̄ eſt pr̄ pauperū poſſit fieri
compoſitio vel tranſactio: Rn̄det Lau. de ridol.
Sciendū ꝙ Pau. in cle. ij. de pe. ⁊ re. hunc paſ
ſum examinat. ⁊ finaliter determinat ꝙ non per
illū tex. ⁊ ꝑ. c. licet. de offi. vica. li. vi. Vult eniꝫ ꝙ
ſine mandato apoſtolico id facere nequeant ep̄i
niſi ɔponerēt de tanta quātitate quāta ē illa ad
quā aſcēdūt, ⁊ nō de minori. Cōtrariū ſeruat̄· lꝫ
facta ɔputatōe ferat̄ demū ſn̄ia taxatiua ipoꝝ

incertoꝝ. Et ſi vera ſunt q̄ dicit Pau. qḋ videt̄
de iure. nec videt̄ ɔtraria ɔſuetudo valere multo
rum aīe illaqueārent̄. Tex. tn̄ illi videre meo n̄
ꝓbāt ita clare· vnde forte poſſet r̄nderi ꝙ non eſt
credendū ꝙ papa qui p̄fecit ep̄os p̄res pauperū
indiſtincte nō ɔceſſiſſet eis in ſpecie ꝙ ex cā poſ-
ſent cū talibꝰ trāſigere. Et iſti hn̄t minorē p̄tātē
q̄ꝫ illi quibus libera adminiſtratio ē ɔceſſa. Itē
nō ſimpliciter donāt· Itē papa ſcit talē ɔſuetudi
nē et diu tolerauit. Fiunt tn̄ taxationes ꝑ ſn̄iam
hec Lau. Forte poſſet dici ꝙ quo ad eccl̄iam mi-
litantē valet dictū Lau. et etiā quo ad deū et ec-
cleſiā triūphantē cū ex cā rōnabili facit ɔpoſitio
nē de minori quātitate q̄ꝫ ſint incerta. puta quia
reſiduū dimittit ei vt pauperi, cū aliās nō poſſꝫ
viuere ſine indecētia ſui ſtatꝰ multum notabili.
Sꝫ vbi abſqꝫ hac cā ep̄us ſcient̓ ɔponat d̓ mi-
nori q̄ntitate notabilit̄ valet dictū Pau. in foro
dei. Nō. n. credendū ē papā feciſſe ep̄os diſpēſa-
tores bonoꝝ paupꝝ vt pn̄t ꝓ libito volūtatiſ re-
mittere vel ɔponere ſup̄ incertis. vt de his hoīes
poſtmodū pompoſe viuāt. Nec ip̄e papa pōt cū
bona ɔſcīa abſqꝫ aliq̄ cauſa rōnabili facere huiꝰ
modi taxatōes longe minꝰ q̄ꝫ ſit debitū incerto
rū. et reſiduū illiꝰ ſcient̓ debitoribus dare cū oīa
plene ⁊ bn̄ poſſint reſtituere· Secꝰ aūt cū dubita
tur vtꝝ reſtituere poſſit debitor ꝓ incertis. Nā in
dubio ſemꝑ interp̄tādū ē factū pape ꝑmarie in
bonū. vt diſ. xl. Nō nos cū glo. Papa. n. et ſi ha-
beat plenitudinē p̄tātis errare pōt vt hō. Et int̄
cetera ſue p̄tātis nō auferē ſibi iſta cōis hominū
cōdictio q̄n poſſit peccare mortalit̄, et deſcendere
ad inferos. et grauius ceterꝭ puniēdus ſi deliq̄rit
vt dꝫ diſ. xl. Si papa· et in glo. Inſup̄ cū reſtitu-
tio certoꝝ debeat p̄cedere reſtitutionē incertorū·
ꝙ ep̄i circa vſurarios publicos, vt licentiēt ad ſa
cramēta eccleſie· et ſepulturā p̄us ɔponāt ſup̄ cer
ta quātitate ꝓ incertis quā ſibi ſolēt inburſare
magiſ q̄ꝫ pauperibꝰ dare, et de certis n̄ ꝓuideant
ſufficiēter vt reddant̄ integralit̄. minꝰ bene faciūt
Quinīmo ſi nō ſufficerēt bona q̄ remanēt vſura
rijs vel heredibus eoꝝ. tenent̄ q̄ acceperūt ꝓ incer
tis ɔtribuere ꝓ reſtōne certoꝝ; alias fures ſunt
et latrones auferentes que debent certis ꝑſonis
extra d̓ vſurꝭ· Cū tu, xiiij. q. vi. Si res. Sꝫ ɔſue
tudo in hoc non excuſat que potius dicenda eſt
corruptela, quia contra ius diuinum, diſ. viij.
Que contra mores. xxxij. q. vij. flagitia.

## Capitulū ſeptimū de modo et ordine reſtituēdi

Quantum ad ſep
timū de mō reſtituēdi ſeu ordine. Cir
ca quod ɔſiderāda ſunt tria. Primū
eſt ꝙ reſtitutio certorū p̄ponenda eſt reſtitutioni
incertoꝝ. Sciendū igitur ꝙ certa omnia obliga
ta reſtitutioni. i. cū ſciunt̄ ꝑſone quibꝰ faciēda eſt

prius integraliter ſoluẽda ſunt q̃ʒ reſtituant᷑ in-
certa qñ ſcʒ ſcitur vel dubitat᷑ bona reſtituentis
non ſufficere ad vtrũq̃ʒ. Nam tunc reſtituenda
ſũt plene pri⁹ ⁊ integralit᷑ certa. ⁊ hoc triplici rõe

Primo ratione ſucceſſionis.
Secundo ratione obligationis.
Tercio ratione ſimilitudinis.

Quantũ igit᷑ ad primã rõem ſcʒ ſucceſſionis ad
uertendũ diligenter ꝙ. non ſuccedit in paupibꝫ
ip̄e xp̄s. niſi quando nõ repiunt᷑ pſone certe qui-
bus reſtui deenbt certe vt quaſi p ſubſtitutionẽ
ſuccedere videatur ac ſi diceret teſtator. dimitto
meos heredes tales ⁊ tales quibꝫ debeo. vel etiã
ſi nõ debeo. ſed ſi eos nõ repi ꝯtingat. ſubſtituo
mihi xp̄m cũ pauperibꝫ. Quantũ ad ſcd̃am ra-
tionẽ ſcʒ obligatõis ꝓbatur hoc ſic. Naʒ paupibꝫ
nõ tenent᷑ heredes dare ſcʒ ꝓ reſtitutõe incertoꝝ
niſi vnica rõne ſcʒ in foro dei. Sed creditoribꝫ
certis tenent᷑ duplici rõne ſcʒ in foro dei. ⁊ in fo-
ro mundi. q² heredes poſſunt a creditoribꝫ in iu
dicio ꝯueniri. Quantũ ad terciã rõnem. ſ. ſimi-
litudinis. ꝓbat᷑ idẽ a ſimili de voto ſimplici ⁊ ſo-
lenni. Nam votũ ſimplex nõ ita obligat ſicut id
qḋ eſt ſolenne nam ſimplex obligat quo ad deũ
ſolenne quo ad deum et forum mũdi. vñ ⁊ ſim-
plex votũ impedit mr̃imoniũ ꝯhendũ. ſed nõ di
rimit ꝯtractũ. Solẽne aũt ⁊ impedit. ⁊ ꝯtractuʒ
dirimit vt patet diſ. xxvij. p totũ. Et rõ huius eſt
quia in voto ſimplici eſt vnuʒ vinculum ligans
in ſolenni duplex.

## De reſtitutione .§. I.

vero certoꝝ ſciendũ eſt ꝙ reſtitutio etiã fieri de-
bet cũ quodã ordine. Pro cui⁹ declaratõe notan-
dũ ꝙ ſcḋm triplicẽ voluntatẽ creditoris contingit
debitorem habere ſubſtantiam eius.

Et prima eſt violentata.
Secunda conditionata.
Tercia conformata.

Prima reperit᷑ in rapina. furto. ⁊ ſimilibꝫ. Se-
cũda in vſura. Tercia in ꝯtractibꝫ iuſtis. Et ſcḋm
hũc triplicẽ volũtatis gradũ. varie prius ⁊ poſte-
rius hõ reſtituere obligat᷑. Cũ igit᷑ p̄ma volũta-
te ſcʒ violẽtata debitor tenet᷑. vt puta q² abſtulit
p furtũ ⁊ rapinaſ ⁊ h⁹mõi violẽtias talia p̄uſ re
ſtituẽda ſũt q̃ʒ vſura ⁊ alia d̃bita. ⁊ h⁹ ꝓpt᷑ tria. ſ.

Propter offenſionem.
Propter expropriationem.
Propter compulſionem.

Propter offenſionẽ q̃dem. Nã maior in eis in-
fert᷑ iniuria. q² illa penit⁹ ſunt inuolũtaria. ſ. ra-
pina furtũ. ⁊ huiuſmõi. Vſura vero aliq̃ modo
eſt voluntaria ſcilicet voluntate conditionata.
ꝓpterea de ſui natura minorẽ iniuriã ſapit in ꝓ-
ximũ. Alia vero debita ſine iniuria fiũt q² volũ-
taria ſunt. puta illud qḋ debet᷑ rõne emptionis

facte alicu⁹ rei vel rõne mutui liciti ⁊ huiuſmõi.
Et ideo rapina ⁊ furtũ p̄us reſtui debẽt q̃ʒ ipſa
vſura ⁊ alia debita licito modo ꝯtracta. ⁊ eadem
rõne p̄us rapina q² grauior in ea violentia ⁊ in-
iuria q̃ʒ in furto. Scḋo debet talis ordo ſeruari
ꝓpter expropriationem. Nã in rapina ⁊ furto ſe-
cũdũ oẽs dñium nõ trãſfert᷑ ⁊ iõ talia nũq̃ʒ fiũt
taliter poſſidentis. In vſura vero dominium
transferre videtur. Tercio ſeruandus eſt talis or
do ꝓpter cõpulſionẽ. Magis enĩ debitor cõpel-
litur ⁊ artat᷑ a iure reſtituere q̃ extorſit p furtũ et
rapinã q̃ʒ q̃ habuit p vſurã. Nã ad reſtitutioneʒ
vſure ꝯpellitur diuino ⁊ ecclaſtico iure. ſed ad re
ſtituendũ rapinã artat᷑ iure diuino eccleſiaſtico
⁊ ciuili. Ex quibꝫ ſequit᷑ ꝙ debitor ſi nõ põt inſo
lidũ reſtituere qḋ extorſit per rapinam ⁊ furtũ. ⁊
etiã qḋ habuit p vſurã. tenet᷑ inſolidũ reſtituere
p̄us qḋ habuit p rapinã ⁊ furtũ. quã qḋ hũit p
vſurã. ⁊ hoc tũ rõne volũtatis concurrẽtis. q² in
ſoluẽte vſurã aliq̃ modo volũtas eius concurrit
ad illã expoliationẽ vſure. Sʒ expoliatus p furtũ
ſeu rapinã ꝯtra omnẽ ſuã voluntatẽ ſpoliat᷑. tuʒ
etiã rõne iuris coartãtis. Nã a iure ciuili ꝯpellit᷑
hõ ad reſtitutionẽ rapine ⁊ furti inſolidũ etiã ſi
nõ habeat ad reſtituendũ vſuras. Hui⁹ ſnĩe eſt
Gerar. ordi. here. Que vident᷑ rõnabiliter dicta
hoc excepto. ſ. ꝙ debeat p̄us reſtitui rapina furtũ
⁊ vſura q̃ʒ debita licito mõ contracta. hoc. n. eſſet
offerre holocauſtũ ḋ rapina. Sicut. n. iniuſte ac
ciperet᷑ ab aliq̃ diuite vt daret᷑ elemoſina paupi
vt dicit Aug. xiiij. q. v. Forte. Ita etiã iiuſtũ vi-
detur vt de eo qḋ iuſte debet᷑ alteri. puta honeſti
mutui vel emptõis vel alicui⁹ liciti ꝯtractus. re-
ſtituat alienũ. hoc. n. eẽt rapere alienũ vt reddat
alienũ. Et ñ ſunt faciẽda mala vt veniãt bõa vt
ait apl̃s ad ro. iij. c. Ad hoc ar. xiiij. q. iiij. Neq̃ʒ ei

## Quãtũ ad ſecun .§. II.

daʒ volũtatẽ que d̃r ꝯditionata. q̃. ſ. cadit in vſu
ra dicit Alex. lomb. ꝙ p̄us tenet᷑ reſtituere q̃ ha-
buit p vſurã q̃ʒ q̃ hũit p alios ꝯtractus volũta-
rie factos. ⁊ hui⁹ rõ eſt. q² in reſtitutõe debitorũ
ſolũ ſeruat᷑ iuſticia. ſʒ in reſtitutõe vſure ⁊ male
ablatoꝝ nõ ſolũ iuſticia ſeruat᷑. ſʒ etiã iniuria dõ
⁊ ꝓximo facta ammouet᷑. Et ideo reſtitutio vſu-
re p̄ferenda ẽ ſi tñ ꝯtrariũ ſeruet᷑. q. ſ. talia debi-
ta iuſta in ſatiſfactõe p̄ponant᷑ male ablatis. ad-
uertẽdũ ꝙ in duplici caſu hoc fieri põt. ſ. qñ de-
bita ſunt clare maifeſta. ⁊ reſtitutio male ablato
rũ nõ ſic. ſʒ obſcure ſic inquirẽde. Scḋo quãdo
res que debet᷑ ẽ determinata puta. l. vl᷑ ioo. ⁊ ma
le ablata indeterminata. Nam claꝝ ſemp̱ prece-
dit obſcuꝝ in iure. ⁊ determinata rẽ ĩdetermina
tam. ſed illud cõiter nõ ſeruat᷑. etiã extra p̄dictos
duoſ caſus qḋ etiã videt᷑ rõnabilit᷑ fieri. q² inde
cens videt᷑ vſurã debere reſtitui. de re iuſte alteri

obligata. Nam ꝑ hoc nõ tollit̄ iniuria facta ꝓxi/
mo ⁊ deo ſed addit̄ noua q̄ꝛ alienũ auffertur. nec
enĩ tenet̄ deo ⁊ ꝓximo rõe vſure ꝑpetrate vl' alte
rius male ablati niſi inquãtũ põt de iure. ar. de
re. iur. li. vi. Nemo ad ĩpoſſibile obligat̄. Si igit̄
nõ põt reſtituere vſurã niſi ſbtrahẽdo ius alteri
us ꝓ tũc excuſat̄ a reſtitutõe ꝓpterea mag⁹. hoc eſ
ſet violentũ ſeu ꝯ voluntatẽ eius cui debet̄ aliq̄d
rõne iuſti ꝯtractus. ſ. ſubtrahere ſuũ creditũ ꝗꝫ
fuerit recipere vſurã ab alio ꝓpterea nõ videtur
rõnabile. vt de iuſto obſequio quod fecit ꝓximo
ſcꝫ mutuando ſeu expectãdo ꝑciũ rei vendite re/
portet incõmodũ ⁊ damnũ. quod ꝯtingeret hoc
ſeruando. cũ qui dedit vſurã iam receperit com/
modũ magnũ ex mutuo ſibi facto ⁊ ĩdo debꝫ ſi/
bi ſufficere vt vſurari⁹ reſtituat ſibi vſurã cũ po/
terit de ſuo ⁊ nõ de alieno. quia ſcd'm regulã lo/
cupletari nõ debet aliquis cũ alterius ĩiuria vel
iactura de re. iur. li. vi. Et hoc niſi iura cõmunia
vel municipalia aliter diſponerẽt q̄ꝛ in hui⁹mõi
ſeruãda ſũt. Nã iure hũano poſſeſſiões ⁊ alia vt
ꝓpria poſſidentur. vt patet diſ. viij. Quo iure.

## Tercia volũtas §. III.

que dicit̄ ꝯformata reꝑitur in ꝯtractib⁹ licitꝭ vbi
volũtates ꝯtrahentiũ in ſimul conformant̄. In
reſtitutione aũt taliũ aliqua pri⁹ reſtituenda ſunt
Nam prius reſtitui debẽt quecũqꝫ certa debita
ꝗꝫ quecũqꝫ ad pias cãs relicta atqꝫ donata. Cui⁹
rõ eſt. q̄ꝛ donatio ad pias cãs largitio ſunt ex ſuꝑ
erogationis ꝯſilio vel ſunt forte bona incerta. re/
ſtitutio aũt male ablatoꝝ ſeu alioꝝ debitoꝝ cer/
toꝝ ſunt ex obligatione ⁊ ꝑcepto. Prius. n. reſti
tui debent q̄ ſunt ſcd'm neceſſitatẽ ꝑcepti ꝗꝫ q̄ ſunt
ſcd'm ſuꝑerogationẽ ꝯſilij. Huic ſniẽ ꝯcordat Ar/
chi. in. c. nõ ſane. xiiij. q. v. Hinc etiã Rai. ait ꝙ
ſi creditores vel legatarij ſimul venerint ad here/
dem. primo eſt ſatiſfaciẽdũ creditorib⁹. ſed ſi veni
unt ſeparatim. liberat̄ heres ſoluendo ꝑ ordinẽ
cuilibet venienti ſiue creditoꝝ legatario dum tñ
nil in dolo. vel fraude operetur. Vꝫ tamẽ ſi lega/
tarij ꝑueniunt creditores ⁊ accipiũt. vel poſterio
res creditores priores ⁊ potiores in iure ꝑueniũt
creditores poſtmodũ veniẽtes heredẽ inq̄etare
nõ dñt niſi de hereditate remanſerit ei. vñ poſſit
adhuc ſatiſfacere illis. ſed habent tanq̄ꝫ potiores
ius ſuũ ſaluũ ꝯ legatarios q̄ ꝑmo acceperũt. Si
militer ⁊ creditores anteriores ꝯtra poſteriores q̄
acceperũt primo. Idẽ quoqꝫ Guil. ait ⁊ addit ꝙ
ſi heres ſcit vl' credit hereditatẽ vltra debita non
extendi. ſiue ex ꝯtractu vl' quaſi. ſeu ex maleficio
vel quaſi. nil legatarijs dꝫ dare. Si vero quãti/
tatẽ debitoꝝ neſcit debet ſatiſfacere primo credi/
torib⁹. Et ſic legatarij prius vel ſimul cũ credito
rib⁹ legata petant. eſt creditorib⁹ potiorib⁹ primo
ſoluendũ. Si autẽ de hereditate nihil remanet.

primo ſolutis debitis legatarijs nõ tenetur. Si
vero hũc ordinẽ mutauerit heres primo. ſ. ſoluẽ
do legatarijs ſeu ſecundarijs creditorib⁹ priorib⁹
in foro ꝯſcientie minime liberatur niſi hoc faciat
ignorant̄ reputãs hereditatẽ. ſ. ſufficere ad omĩa
ſoluẽda. vel neſciens hũc creditorẽ eſſe potiorem
His ꝯcor. Hoſti. Itẽ nota ꝙ ceteris parib⁹ ſer/
uanda ẽ regula. Qui prior eſt tempe potior eſt iu
re. de re. iur. li. vi. Vbi aũt ſunt priuilegia paria
ſcꝫ ꝑſonaꝝ ⁊ actionũ. ⁊ inſimul eq̄liter ſatiſfaciẽ/
dũ eſt. niſi de aliquo illoꝝ ꝓbet̄ ꝙ alteri ꝑferen/
dus ſit ſcd'm legẽ pacti vel ſcripti ſeu vſus approba
ti hec aũt notari ſolent. C. de bo. au. iudi. poſſi. ꝑ
debito. Cũ ergo mercator vel alius frangit vel
vt vulgariter dicit̄ falit. non ſufficiens ſatiſfacere
creditorib⁹ omnib⁹ ex integro venientib⁹ cũctis
vt ſibi ſatiſfiat. hic ordo ſeruat̄ ſcd'm Bal. de pa/
ruſio. in. l. ꝑ debito. C. de bo. auc. iudi. poſ. primo
debet ſatiſfieri dñis rerum. vbi gr̃a ꝯponentib⁹ ſi
depoſita erant ſibi facta. vt. ff. de priuile. credi. l.
ſi. ⁊. l. veteri. Scd'o ſatiſfit mercium venditori ſi ex
tant merces hoc eſt ipe merces reſtituunt̄ tanq̄ꝫ
ſingulariter ꝑ precio obligate. Si aũt plus va/
lerent. illud plus reddit̄ ad cõmodum creditoꝝ.
vt. ff. de acti. ven. l. iulianus. Si aũt ipe merces
non extant ſed vendite ſunt. ⁊ loco earũ alie ſub/
rogate tales ſubrogate non redduntur loco ea/
rum. quia non ſunt ꝑ precio obligate. vt. ff. de in
rem verſo. l. Quidã. Huius ratio aſſignat̄. quia
preciũ ex re illa redactum obligatũ nõ erat. ergo
nec etiã res que emit̄ vt habetur extra de eo. Idẽ
quoqꝫ in ꝑmutatione dicendũ eſt. quia vbi ſpẽs
in obligatione eſt nõ ſuccedit loco alterius alte/
ra. vt notat̄. ff. de ver. ſig. l. labeo. Tercio ceteris
parib⁹ prefertur vxor. quia hypotecã cenſet̄ habe
re ⁊ ideo ꝑfertur ne dum ꝑtendentib⁹ ꝑſonalem
obligationẽ. ſed etiã. pretendentib⁹ tacitam hy/
potecam. vt. l. aſſiduus. C. qui potio. in pign. ha.
Non tñ prefert̄ anteriorib⁹ creditoribus haben
tibus hypothecas tacitas ⁊ expreſſas. Fiſc⁹ quoqꝫ
ſimile habet priuilegiũ cũ muliere. C. de priui. fiſ.
ꝗꝫuis. Et de hoc etiã habes. extra de pig. ex litis. in
glo. qm̃. Quarto poſt hypothecas veniũt deponẽ
tes ſcꝫ ſi nõ extat depoſitũ. ff. depo. l. ſi hominẽ. §.
fi. Hoc enĩ priuilegiũ. cauſe depoſiti datur ꝓpter
frequentiã ꝯtractuũ depoſitoꝝ. tñ ſicut in. l. pre/
dicta patet. tali priuilegio non gaudent qui ſub
nomine depoſiti. mutuant ad vſuras hypotheca
aũt potior eſt quia ꝑtinet ad rem ipam. ff. d pac.
l. reſcriptũ. Quinto veniũt ſimplices priuilegia/
ti. i. habentes priuilegia ꝑſonalia non realia. Se
xto. ⁊ vltimo veniunt cirographarij ꝓ rata non
obtenta prioritate ꝯtractuum quia licitũ eſt de
bitori pro cumulo creditoꝝ facere deteriorẽ cãm
creditoꝝ prioꝝ nõ dñium nec hypothecã nec pri
uilegiũ habentiũ. vt. ff. de ſepa. bo. l. j. §. contrario

